

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

72. Araneæ: Ex Philostrato: Item ex Plinio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

in eo prætendit? vbi gustatum applicuit? vbi odoratum inferuit? vbi verò truculentam illam, & portione maximam vocem ingenerauit? qua subtilitate pennas adnexuit? prælongavit pedum crura? disposuit icuanam caueam uti aluum, auidam sanguinis, & potissimum humani, sicut accedit; telum verò perfidio tergori, quo spiculatus ingenio? atque vt in capaci cum cerni non potest existis, ita & reciproca geminavit arte, vt fodiendo acuminatum pariter, sorbendoque fistulosum esset. Quos teredini ad perforanda robora cum lono teste dentes affixit, potissimumque è ligno cibatum fecit? Sed turrigeros elephontorum miramus humeros, taurorumque colla, & truces in sublimi iactus, tigrum rapinas, & leonim iubas, cum retum natura nusquam magis, quam in minimis tota sit?

*Plin. lib. 11. c. 2.*

### SCORPIO.

*Descriptio LXXI.*

MAGNUM de modico malum, Scorpium terra supputat, tot venena, quot ingenia; tot pernices, quot & species; tot dolores, quot & colores.

Nicander scribit & pingit, & tamen unus omnium, violentiae gestus de cauda nocere: quæ canda erit quodcumque de posthumo corporis propagatur, & verberat perinde vt scorpii series illa nodorum venenata intrinsecus venula, subtilis, arcuato impetu insurgens, hamatile spiculum in summo tormenti ratione restringens.

*Tertull. in Scorpiano.*

### ARANEÆ.

Ex Philostrato.

*Descriptio LXXII.*

AT aula intus deserta ac destituta videtur, & ne columnæ quidem amplius ipsam firmant & sustinent, quod & concidat ac diffundat, sed solis est habitanda araneis: solet enim animal silentio ac solitudine contexere. Aspice & fila, hoc expuentes stamen in paui-

mentum descenderunt, ipsas porrò intuere, per illa descendentes, atque reciprocō meatu ascendentēs, per acrem volantes, iuxta Heliodum, ac volare meditantes, pīctor ostendit: Angulis attexunt domos; has quidem latas, has verò concavas: in latis astantem agunt, in cauis hyemant. Pulchra igitur, & hæc pīctoris opera. Nam araneum ipsum sic renuerit laborasse ac iuxta naturam indicasse, ipsumque filum labioris ac difficile pinxit, artificis est prudentis, atq; ad amissum vera refrentis. Hic autem nobis tenuissima quoque contexuit, ecce quadrangularis funis ab ipso est angulis circumiectus, vt mali rudens; tenuis autem funiculo applicita est tela, quam plurimos exprimens orbes, quorum a primo ad minimum extensi contexuntur laquei atque atque orbes, inter se distantes, per quos qui in perficiendo adiuuant operæ discurrentes, remissa intendunt stamina, verum & tenui mercedem assequuntur, muscas, si quæ telis implicentur, capientes. Vnde ne prædam quidem ipsarum præteriit ac neglexit pīctor. Haec enim pede, illa suprema tenetur penna, ista à capite deuoratur. Palpitant autem atque agitantur, effugere nitentes, ipsam tamea nec confundunt, nec dissoluunt telam.

*Philost. in telis.*

*Item ex Plinio.*

OPITVR telas, tantique operis materiæ veteris ipsius sufficit, siue ita corrumpit alii natura statu tempore (vt Democrito placeat) siue est intus quedam lanigera fertilitas, tam moderato vngue, tam tereti filo, & tam æquali deducit stamina, ipso se pondere vñus. Texere à medio incipit, circinato orbe subregmina adnectens, maculaque paribus semper interruallis, sed subinde crescentibus, ex angusto dilatans indistolubili nodo implicat. Quanta arte celat pedicas scutulato rere grastantes? quam non ad hoc videtur pertinere cribratae pexitas telæ, & quadam polituræ arte ipsa per se tenax ratio tramæ: quam laxus ad hæsus non ad respondua quæ veniant finus, derelicto laxo prætentu lumina parte, vt arbitrii liceat illa quæ difficilè cernuntur, atque vt in plagiæ lineæ offenæ præcipitanter in finum? Specus ipse quæ concamerator architectura? & contra frigora quanto villoso? quam remotus à medio, aliudque agenti similis: inclusus

Aaaa

sus

fus vero sic, ut sit neene intus aliquis, cerni non possit? Age firmitas quanta irrumptibus ventis, qua puluerum mole degrauante? Latitudo tela s̄pē inter duas arbores, cum exercet artem & discit texere: longitudo fili à culmine, ac rurius à terra per illud ipsum veluti reciprocatio, subitque pariter ac fila deducit. Cum verò capture incidit, quam vigilans & paratus ad cursum? licet extrema hæreat plaga, semper in medium currit, ex quo sic maximè totum concutendo impliet. Sciss̄a protinus reficit ad politaram sarcens. Namque & laceratarum catulos venantur. Hos primum tela intuolentes, & tunc demum labravtraque morsu apprehendentes, amphitheatrali spectaculo cum cōtingit. Sunt & ex eo auguria. Quippe incremento amium futuro telas suas altius tollunt, ijdem sereno non texunt, turbilo texunt, ideoque multæ araneæ imbrium signa dant.

## CVLEX ET PVLEX.

Ex D. Augustino enarr. in Psalm. 148.

## Descriptio LXXXIII.

Qvis disposuit membra pulicis & culicis, ut habeant ordinem suum, habeant vitam suam, habeant morum suum. Vnam bestiam breuem minutissimam considera quam volueris. Si consideres ordinem membrorum ipsius, & animationē vitæ, qua mouetur, pro se fugit mortem, amat vitam, appetit voluptates, deuitat molestias, exerit sensus diuersos, viget in motu congruo sibi. Quis dedit aculeum culici quo sanguinem sugat? Quām tenuis fistula est qua sorbet? Quis disposerit ista? quis fecit ista expauefis, in minimis lauda magnum.

## VERMIS INDICVS.

Ex D. Ambroso Hexam. lib. 5.  
cap. 23.

## Descriptio LXIV.

Vide Plin.

lib. 11. c. 23. Fertur hic corniger vermis, conuerti pri-

mūm in speciem Eruca, atque in eam mutari naturam, inde processu quodam fieri Bombylius; nec eam tamen formam, figuramque custodit, sed laxis & la toribus folijs videatur pennas aslumere. Ex huius folijs molli illa Seres depeçunt vellera, quæ ad vñs sibi proprios diuites vēdicārūt. Sed ego plenus in pictura ænigmatis, eius naturam sum persecutus.

## BOMBYX IN

AEnigmate.

**A**nimal vobis in hac tabella depinximus <sup>Ardo</sup> (Principes illustrissimi, ceterique audi-<sup>19.1.3. del.</sup> tores ornatiissimi) sine carne, sine san-<sup>animal</sup> guine, ossibus, venis, arterijs, neruis, intesti-<sup>na</sup>, oculis, auribus, pilis, squammis, spinis, quid hoc monstri est? Ne vos diu morere, Bombyx est, Bombyx, inquam, laboriosus opifex, & nendis regum vestibus natus. O natura audacis opus! quis nō miretur? quis non ob-  
stupescat ex tenue lemme primum nasci vermiculum <sup>argyr</sup> tam minutum, ut penè oculorum fugiat aciem? hunc in Eruca paulatim grandescere, ex Eruca fieri Bombylum, diuinum planè artificem? quem vbi puro elegantiq; domicilio acceptum, & albae mori frondibus saginatum, per genistarum scabietem emiseris, postquam pabuli satietas est, vête incipit, & ex suis visceribus diductos florum tractus effundere, quibus sibi ouata figura domiciliū constituir, quo nec Cæstor & Pollux, nec eorum soror Helena pretiore videntur excepti. Itaque nec Porphyrogenitus inuidet, nec ijs regum pusilioribus, quos aiunt colluentes margaritis cunas habuisse, in hac sericea domuncula delitescit Bombylius, quasi puellus in vtero matris confixus, & artes meditatur admirandas. Absoluto demum lanificio, post 40. diem ex Bombyce subnascitur Papilio cotinus vermis, & quatuor alis pennatus, quem ex his carceris aurei quasi septis emicare cernimus in aere, ex hoc nec ydalo verium pro-  
generatur semen, quibus noua subinde animalculorum sōboles affluit. Delinceau pa-  
cis (auditores) naturam vermiculi, de quo magna est inter viros doctos controvērsia, fuerintne seculis antiquis nostris ignotus regionibus, an à Iustiniani temporibus, ut narrat Procopius, tantum Europæ coepit bom-